

Nicolaus Schütze Andreas Amsel

Disputatio Iuridica De Iniuriis Et Famosis Libellis

Rostochii: Kilius, 1647

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn73186557X>

Druck Freier  Zugang



Ungerechtigkeiten und
Lehrmäßigkeiten

R. U. für. 1647.

Nicolaus Schütze (Praes.)

Andreas Amsel (Resp.)

ja

32

I. N. D. N. I. C.
DISPUTATIO JURIDICA

DE
INIURIIS ET FA-
MOSIS LIBELLIS.

31

Quam
CONSENSU NOBILISSIMÆ FACUL-
TATIS JURIDICÆ,

Præside

Amplissimo, Excellentissimo, ac Consultissimo

VIRO

DN. NICOLAO Schützen/

J. U. D. ac Cod. Professore
celeberrimo,

Reverendi Capituli Lubecensis Syndico gravissimo,
Dn. Præceptore & Promotore meo omnis honoris cultu,
ac observantiâ atatem profe-
quendo,

Publicè examinandam proponit.

ANDREAS Amstel. Rostoch.

AUTOR ET RESPONDENS.

In Auditorio majori, die 10. Mens. Novemb.
horis soliti.

ROSTOCHII.

Typis NICOLAI KILLII, Acade. Typogr., ANNO 1647.



SPECTABILI
DN. DE CANO,

Cæterisq;

Nobiliss. Ampliss. Excellentiss. ac Consultiss.

VIRIS

DNN. PROFESSORIBVS
NOBILISS. JURIDICÆ FA-
CULTATIS UNIVERSITATIS
ROSTOCHIENSIS.

Dnn, Præceptoribus, Promotoribus, ac Fauto-
ribus suis amantissimis.

*In grati animi, debiti cultus, ac promptæ obser-
vantia signum; hæc studij Juridici primitias,
summissè offerens ac dedicans, se suag. cæpta studia
continuanda commendat.*

ANDREAS Amsel. Rostoch.
A. & R.

Hominum immortalū est infamia, etiam tum vivis, cum esse cretas more am.
 Quare cum in omnibus hodie iudiciū, nulla frequentior hāc sit materia, multa q̄
 utilia non pauci, quā ratione Injuria vindicentur, docuerint, & quomodo infam-
 ia Injuriantem sequatur, quæq; in eum severa pena statuatur, congesterint: non
 frustra me factarum arbitror, si quædam ex illis excerpta, in præsentem disquisi-
 tionem, exulceratissimis hisce temporibus commotus, pro ingeni modulo addu-
 xero, quibus injuria varia, quasi herba irrigua succrescunt uberrimè, ex illis etiam
 agris, (dolendū!) quos ad optimos ferendos fructus instruxerū. Undè certè dupli-
 catur dolor, cum ab eo à quo non meruerū veniat, intolerabileq; sit malum, cujus
 autorem turpe est confiteri. Quod ut feliciter procedat S ANCTAM TRIN-
 TATEM invoco.

THESIS I.



Em ipsam aggressurus, principio, primi hujus
 vocabuli ἔτυμον excutiam. Generaliter & crasse eo usur-
 pato, omne illud quod minus jure fit, cum contrariorum
 eadem statuatur ratio, l. 1. pr. ff. h. e. & pr. Inst. eod. signi-
 ficatur: Omne enim quod non jure fit, injuriā fieri dicitur;
 sicq; tanquam genus, furtum, damnum, rapinam,
 adulterium, homicidium &c. complectitur.

2. Specialiter eam quoq; damnum culpā datum dicimus, in quo signi-
 ficatu hæc vocula adhibetur in L. Aquilia, pro damno dato culpā, sive dolo,
 l. 5. §. 5. ff. ad L. Aquil.

3. Item iniquitatem & injustitiam, Græcis ἀνομιαν καὶ ἀδικίαν dictam,
 ut, cum judex injustè vel iniquè sententiam pronuntiavit, injuriam factam
 dicimus, quod ea jure & justitiā careat, quasi non juriā liceat dicere. l. 1. pr.
 ff. & pr. Inst. b. 1.

4. Ego omni illo significato misso, injuriam in hac materia quam Græci
 ὕβρις appellant, accipio pro contumelia, à contemnendo dicta, (Schmach/
 Schmähen) quod scilicet obrectatores, per calumnias & convicia, aliorum
 famam & existimationem lædunt, atq; contemnunt. l. 1. pr. ff. & pr. Inst. b. 1.

5. Quam definitio delictum l. 4. ff. & obl. & act. pr. Inst. de obl. quæ ex de-
 lict. l. ult. c. h. 2. privatum l. 7. & ult. c. eod. quo dolose liberi hominis cor-
 pus aut fama læditur l. 1. §. 1. 2. l. 15. ff. & pr. Inst. eod.

6. Cum autem læsio hic sine dolo & affectu nulla esse possit, apparet Im-
 puberes doli non capaces l. 1. de Reg. Jur. mente captos, & qui cum ipsius
 locian-

fociantur dormientes, contemnendo & calumniando injuriam facere non posse, quia juxta illud. *Stulte quid est somnus, gelida nisi mortis imago*: item & hoc, *Dulcis & alta quies, placidaq; simillima mortis*; omni intellectu carent, Voluntas enim, cujus illi expertes, in malificiis maximè spectanda *l. i. c. ad L. Cornel. de sicar.*

7. Nec animalia bruta injuriam facere dicuntur, quoniam affectu injuriæ faciendæ carent *§. 2. Inst. & l. i. ff. si quadrup. paup. l. 3. §. 1. ff. h. t.*, nec illis potest competere hæc privatio, cum, qui præsupponitur, careant habitu.

8. Dubitari hîc quodammodo posset de ebrio, ane injuriarum teneatur? Nam cum ebrietas secundum *Senecam* nihil aliud sit præterquam voluntaria insania, nec delictum videatur posse excusari, & licet dolus quidem absit *l. 6. §. 7. in fin. & l. un. c. si quis Imperat.*, tamen culpa non careat *l. ii. §. pen ff. de penis* parum abest, ut eum teneri dicamus. Peccat enim ebrius dupliciter, primum propter ebrietatem, post propter injuriæ delictum, & quia culpa præcessit casum, deditq; operam rei illicitæ, non videtur excusandus, ut disputat *Gail. 2. obs. 110 n. 26. l. 27. §. 9. 33. ff. eod. l. 6. c. ad L. Jul. de vi publ.* ubi expresse probatur, culpam ad casum ordinatam, noxiam esse. At dicas, quod in ebrius nulla sit ratio, nec ullum vitæ gerendæ rectum consilium, mentisq; ebrietas inducat exilium. In hoc dubio cum multi distinguant, cum *Wesemb in π. n. 4. h. t.* inter atroces & reales injurias. & inter leviores, puta verbales, placet potius facere cum *Gail.* Nam quod illi in atrocibus mitigandam pœnam existimant, si id procedit, quotusquisq; crapulam hesternam edormitus, eam non allegabit: in his autem excusationi locum esse, si remotâ vinolentiâ sobrium postea poeniteat, si id, quis est si Consuli, Principi, Imperatori, ebrius maledixit, serâ poenitudine qui haud duceretur: hinc futurum, ut in nulla, aut minus serio in pauca animadverteretur delicta. Amplector itaq; *Gail 2. obs. 110 n. 27.* optimam distinctionem, quâ ebrium ab ebrioso dispescit: ebrietas enim ex casu quodam, ebriositas vero ex habitu vitioso nascitur. Nam ingurgitans in se vinum avariter, faucibus plenis, vi ejus deceptus, natâ hinc ebrietate, si peccaverit, excusatur quodammodo: à quo autem longissimè ablunt exæstuentes & incensi vino, quorumque consuetâ crapulâ spiritus obnubilati; & tales delinquentes non excusantur: planè si lædere, calumniari, diffamare, pipuloq; vino madentes alios differre, consueverint. *vid. Harp. in tract. crim. n. 15. 16. h. t.*

9. Solis autem liberis hominibus non etiam servis injuria fit, cum eorum nulla dignitas sit *l. 3. ff. de cap. min.* & jure civili pro nullis habeantur *l. 13. de R. J. mortuisq; comparentur. l. 19. ff. de condit. & demost. & quadrupedi-*

pedibus l. 2. §. 2. ad L. Aquil. suntq; ἀπεόσωνται: unde nec actio illis competit §. 3. Inst. b. t. sed dominis per eos fieri injuria dicitur, cum quid atrocius in eos commissum fuerit, vel quod aperte in contumeliam dominorum respiciat §. 3. Inst. & l. 15. §. 35, 44. ff. eod.

10. Is, qui per jocos, aut certamen invitus quempiam læsit, injuriam fecisse negatur l. 3. §. 3. & l. seq. ff. b. t. quod tunc ex personarum qualitate imprimis manifestatur: puta si parens, frater, amicus, dominus, socius, aliquid fecerint, dixerintve arg. l. 16. §. 3. ff. de pœni. Cum alias reus probare teneatur se non animo injuriandi talia fecisse dixisseve: omne enim factum vel verbum injuriosum, animo injuriandi factum, prolatumq; præsumitur, donec probetur contrarium l. 5. c. h. t. ibiq; gloss. super. verb. probare Bald. & comm. Dd. l. 18. §. 3. ff. eod. l. 69. pr. ff. de legat. 3. Wesenb. in π. h. t. & consil. 22. n. 29. & seq. part. 1. Menoch de præsumpt. lib. 5. 3. n. 47. Gail. 2. obs. 106. n. 1. Contra si illud quod illatum est per se, & suâ naturâ injuriosum non est, actori probatio incumbit, reum animo & affectu injuriandi fecisse dixisseque, quod ni fiet, absolvetur. l. 2. l. 23. ff. d. probat. l. 23. c. eod. l. 4. c. de edendo. Trent. Vol. 2. disp. 3. th. 5. lit. B. quæ tunc ex variis circumstantiis, & conjecturis erit petenda.

11. Non solum autem is injuriarum tenetur, qui fecit injuriam, verum ille quoq; qui dolo fecit, vel qui curavit, mandavit, jussit ut injuria alicui fieret l. 11. pr. l. 15. §. 8. l. 17. §. 1. ff. b. t. quod enim quis per alium facit, id ipse facere videtur l. 152. §. 1. l. 169. ff. de R. J. & in delictis mandator & mandatarus, pari tenentur pœnal. l. 1. §. 12. l. 3. §. 10. ff. de vi & vi arm. l. 7. in fin. ff. de juridict. l. 5. C. de accus. quare & pater mandans injuriam facere, non minus tenetur ac filius mandatarius, qui id mandatum executus est. Wesenb. in π. n. 5. pr. b. t.

12. Si plures simul alicui injuriam fecerint, omnes tenentur, & tanto major injuria erit, quanto à pluribus admilla est. Tot enim injuriæ sunt, quot personæ injuriam facientes l. 34. ff. b. t. l. 9. ff. de juridict. Nam ex omnibus delictis, quisq; de suo dolo obligatur in solidum vid. Wesenb. in π. d. l.

13. Atq; illi sunt qui injuriam facere possunt, consequens est ut de iis quoq; despiciamus, qui injuriam patiuntur: Sanè qui injuriam facere possunt, hos constat & pati. l. 3. ff. b. t. At, ut supra in puberem, furiosum, dormientem excepimus, hîc non item, licet enim illi injuriam, ut modo dictû, facere nequeant, liquet tamen eos pati posse d. l. 3. §. 1. ff. eod.

14. Patitur autem quis injuriam non solum per semetipsum, cum directò alicui injuria inferitur, quâ absenti, quâ præsentî §. 2. instit. b. t. Verum etiam per alias personas, cum scilicet in alium quam qui passus est, in-
juria

injuriam per consequentiam reduntat: puta per liberos, quos quis in potestate habet, uxorem, nurum, §. 2. *inst. b. t.* tangit enim nos omnis illa injuria, potestati nostrae vel paternae, vel dominicae, atque affectui subjectis illata *l. 1. §. 3. ff. eod.* Nec interest si quis sciverit filium meum esse, vel uxorem meam, si ignoraverit *d. l. 1. §. 8. ff. b. t.*

15. At cum emancipato filio injuria sit, cum ea ad existimationem patris non spectet, actio ipsi quoque denegatur *l. 17. §. 14. ibiq. gloss. & §. ult. ff. b. t. Myns. Schn. & Borch. in instit. eod.* Unde sequitur pro filio naturali tantum, vel spurio, injuria laeso, patrem, cum eos non habeat in potestate, agere non posse.

16. Sponsus quoque cum ad ipsius contumeliam, quae sponsa sunt, respiciant, ad hanc actionem recte admittitur *l. 15. §. 24. ff. b. t.* Si etiam cadaveri defuncti injuria sit, aut ejus fama, cujus heredes existimus lacessatur, injuriarum merito agimus *l. 1. §. 4. ff. eod.*

17. Qui enim facit injuriam uni personae, ille etiam injuriam facit omnibus de cognatione illius *l. 1. l. 2. §. 3. de lib. causa.* Unde etiam tanquam testes in tali causa adhiberi nequeunt, secundum *Nicas. super. instit. b. t.*

18. Atque haec de personis dixisse sufficiant, expedit ut paucis jam tangam, quotuplex sit injuria.

19. Oritur ea aut ex re siue facto, aut ex verbis: hinc alia realis, alia verbalis dicitur. Ex re siue facto provenit injuria, si quis pugno pulset, aut fustibus caedat, verberetve *l. 1. §. 1. barbam aut crines alterius expilet, l. 1. §. 1. 2. l. 7. §. ult. l. 8. l. 9. l. 15. l. 23. 38. 33. 15. s. 6. 7. ff. b. t.* aut caeno lutove quempiam maculet & *l. 1. §. 1. ff. de extraord. crim.* malove medicamento alterius mentem alienet. *l. 15. pr. ff. b. t.*

20. Et ex praedictis notandum, licet quis etiam non pulsaverit, sed manus adversus aliquem levaverit, & saepe terruerit, quasi verberaturus, licet non percussit, ut si quis gladio, fuste, mortuo bove, pugnae minetur, tamen injuriarum teneatur *l. 15. §. 1. l. 5. §. 1. l. 7. §. 1. ff. eod.*

21. Similiter ex re oriri injuria dicitur, si quis iniuste alicui litem moveat, *l. 13. §. 1. ff. eod.* non debitorem quasi debitorem ad iudicium trahat, *l. 15. l. 13. l. 29. ff. eod.* in mari vel littore, quae sicut aer communia esse debent, piscari, in sylvis aucupari, in publico lavare, conversari, aut re sua liberè uti impediatur, & quod magis est, prohibeatur *l. 13. §. 1. 2. 6. 7. ff. eod.*

22. Multisque aliis modis, ut si quis alterius aedes, villas, hortos, siue proprios siue conductos, vi introeat *l. 1. §. 2. & 3. ff. b. t. §. 8. iust. eod. l. 8. ff. de in jus vocand.* bona alterius quasi debitoris, qui nihil debebat, possideat *l.*

20. ff.

20. ff. h. t. res alterius occupet l. 15. §. 31. ff. eod. arrettet l. 31. ff. de reb. acud. iud. litteras resignet, signet, celetve, ut notat. Wesenb. in π. n. 7. in fin. h. t. velles alterius iniuriosè tangat, pileum convellat. l. 9. pr. ff. eod. aquas, fistulas, lacusve turbet. l. 1. §. 1. de extr. crim. in alterius ædes stercera, fimum, sordes effundat projiciatve l. pen. ff. h. t. l. 2. §. 5. ff. si servit. vind. alterius monumentis vim inferat l. 27. ff. h. t. fideiussores fat idoneè datum renuat l. 5 §. 1. ff. qui satisd. cog. alterius fideiussores, qui solvere paratus, interpellat l. 19. ff. h. t.

23. His non ineptè adjungitur ea quæ gestu habituve fit; ut si quis ad alterius ignominiam oculos subtrahat, complicit, linguam prolixius emitat, vultum deformet, digitorum infami compositione quidpiam adumbrer, lugubri vel squalidâ aliave veste utatur, &c. l. 15. §. 27. l. 39. ff. eod. Hill. in Dougl. lib. 15. c. 24. ad lit. F.

24. Plures iniuriarum realium species passim videre licet apud Dd. quas omnes colligere nostri jam non est instituti Vid. Alsb. lib. Dic. cap. 124. n. 9.

25. Verbalis iniuria est, quando fit convicium l. 1. §. 1. ff. h. t.

26. Convicium autem vel à concitatione, vel à conventu, id est collatione vocum dicitur, nam cum in unum complures voces cõferuntur, convicium appellatur; quasi dixeris convocium, uti hanc voculam etiam Gaius benè explicat in l. 15. §. 3. ff. eod.

27. Convicia homines faciunt, cum ut Seneca inquit epist. 77. malè de aliis loquantur, cum benè loqui nesciant, facientes, non quod hi merentur, sed quod illi solent; Unde etiam non improprie conviciatores istiusmodi, mendaces, detrectatores, exosi bonis, Ps 100. abominations hominum, Prov. 14. D E O odibiles 2. Cor. 12. appellantur: Hos enim titulos quam foriter lepidi ac bellissimi tales homunculi, id unum, ut calumnientur, studentes, tueantur, atque strenuè defendant, cum nemini non hoc in apri-co, meum jam non erit etiam laxius deducere.

28. Non autem omnem in unum collatam vociferationem convicium esse dicendum est, sed eam solum, quæ bonis moribus improbatur, quæq; ad infamiam vel invidiam alterius spectat l. 15. §. 5. ff. eod. sic enim edicit Prætor: qui adversus bonos mores convicium cui fecisse, cujve operâ factum esse dicitur, quo adversus bonos mores convicium fuerit, in eum judicium dabo l. 15. §. 2. ff. eod.

29. Hujusmodi convicium in primis est, cum quis appellatur latro, fur, nebulo, scurra, falsarius, usurarius, proditor, fugitivus, delator, homicida, hæreticus, curcubita, judæus, infamis, spurius, vel bastardus (si sit legitime natus.)

natus,) pauper, erro, socors, negligens, impudens, ingratus: aut malæ
multæ imprecationes in aliquem evomuntur &c. ut copiosè annotant *Dd.*
in l. 5. c. b. t. aut si cui dicatur mentiris, calumniaris &c. licet addatur salvo
honore, reverentiâ vestrà, cum pace, & quæ id genus formulæ plures, id
dixerim, *Wesemb. in 7. n. 8. b. t.* Illa enim honoris præfatio iniuriam
non tollit, nec ab actione injuriarum excusat. Nec quicquam interest,
sive istiusmodi mantella injuriam præcesserint, sive secuta fuerint:
nam in his quæ uno contextu sunt, neq; prius neque posterius est *arg. l. 10.*
ff. de solut. & lib. nec protestatio contraria facto quicquam operatur, ullamve
vim habet *l. 54. ff. de appel.* nec in re facta verborum artes, vel simulatæ pro-
testationes aliquid profunt *arg. l. 34. de usufr. l. 137. §. 2. in fin. de verb. obl.*
ut elegantur disputat *Gail. 2. obs. 101.* nec protestatio quicquam efficit in
his, quæ certo modo iure disposita, & ll. determinata sunt *Bart. & Ang. in l.*
34. ff. neg. gest. Juris autem dispositio & præsumptio est, quod verba inju-
riosa proferens, animo injuriandi protulisse intelligatur. *l. 5 & ibi Dd. c. b. t.*

30. Si autem ejusmodi crimen vel convicium alicui obiiciatur, potest
in continenti illud in injuriantem retorquere. & impunè dicere, tu menti-
ris, calumniaris, sive, mentiris ut fur, tanquam scelestus, latro, aut prædo;
nullius præfati honoris, aut reverentiæ injectâ mentione: provocatus enim
ad eum modum respondens, nominis & honoris sui defendendi, non etiam
calumniandi, injuriandive animo talia protulisse intelligitur. Nec adest
hic substantiale requisitum, animus scil: injuriandi, *arg. l. 3. b. t. l. 14. ad.*
L. Cornel. de sic. l. 6. §. 6. ff. de bon. lib. sicut enim in continenti permissum
est vim vi repellere *l. 3. ff. de just. & jur.* quid ni eodem etiam modo injuri-
am retorquere? Crudelis nanque in se, qui famam suam negligit, quæ in-
æstimabilis *l. 104. ff. de R. J.* omnique commodo pecuniario præferenda
l. 26. pr. in fin. ff. si quis omis. caus. test. l. 10. §. fin. ff. de pæn. graviorque o-
culorum amissione *l. 8. c. de decur. vid. Pet. Gerard. sing. 82. & sing. 33:*
ubi dicit, quod sicut pro defensione vitæ licet aliquem occidere, ita etiam
pro defensione honoris, (quod durius dictum,) eo quod vita & honor æqui-
parentur. Interim valeat illud *Juv. sat. 1.* — quid enim salvis infam-
ia nummis? & sit maior nobis famæ, quam omnium bonorum jactura.
Ex quibus omnibus sufficienter elucet, neminem ob id conveniri hæc
actione posse, *Gail. 2. obs. 100. n. 3.* quare etiam ignoscendum illi, qui provo-
catus se ulcisci voluit *l. 25. §. sed si adversarius. ff. de procurat.*

31. Si quid etiam ironicè ab aliquo dictum est, pro iniuria habetur, si
B
convicij

convicij appellatione possit comprehendere. Ironiæ autem species variæ sunt, ut: tu es bonus vir, (puta cornutus) malè audis, tu es vir honestus, tu es bona mulier, eruditus Advocatus, peritus Medicus, eximius Philosophus: aut cum quis de alio dicit, alium vero intelligit *Harp. in tract. crim. n. 137. b. t.* mens enim & effectus, non autem verborum superficies spectanda *l. 13. §. aliud. vers. sed & si ff. de excus. l. 17. ff. de u.*

32. Hic offert se quæstio, num injuria etiam omittendo, vel non faciendo fieri possit? quod certè affirmandum, quis enim negabit injuriam fieri illi, à cujus conversatione tanquam banniti, vel excommunicati quis abstinet. *arg. l. 2. ff. ad L. Pomp. de parrie. l. 5. §. pen. c. ad L. Jul. majest. Clarus lib. 5. sent. §. injuria enim 1. in fin. Harp. in tract. crim. n. 49. b. t.*

33. Scriptis injuria fit, ut si quis vel famosum libellum, vel carmen, vel historiam, vel epistolam, vel canticum, vel aliud quidpiam in contumeliam alterius producat, offerat, componat *l. 5. §. 9. 10. 11. ff. b. t.*

34. Cui conveniens illa quoque est, quæ picturâ sculptili, aut fusorio aliquo opere manifestatur, atq; in contumeliam alicujus producit. *Recess. Imper. August. de Anno 1548 tit. Von Schmähschriften/ Gemähltes vnd Gemachts §. Ferner sehen/ ordnen vnd wollen wir vers. dēsgleichen auch ibi gemahlet/ geschnitz/ gegossen oder gemacht/ r.*

35. Descendo jam ad alteram hujus disquisitionis partem, quæ inscribitur **DE FAMOSIS LIBELLIS** qui hodiè Pasquilli dicuntur (quod Romæ ad truncam Pasquini, cujusdam sartoris, virulentæ vitio & maledictiæ flagitio notissimi, statuum affigi solerent *Hil. in Don. lib. 15. c. 24. lit. D. Harp. in tract. crim. n. 150. b. t.* vid. *Joan. Bot. lib. 1. de orig. urb. c. 6. pag. 781.*) quibus injuria fieri solet, si quis aliquem literis famosis, dolosè traducat, ac nomine contumelioso describat *l. 5. §. 9. ff. b. t. l. unic. de fam. lib.* & notabile certumque crimen obiciat *vid. Wesenb. in π. u. ult. h. t. aut inventum libellum quem dilacerare debuisset, proponat l. 15. §. 6. ff. b. t. d. l. un. c. de fam. lib.* aut in publicum projiciat, ut à quovis legatur, vel ejus vim & sententiam alteri exponat, declaret: hoc enim casu, ille qui invenit autor ejus præsumitur & compositor, *d. l. unic. ibi sciat se quasi autorem hujus modi delicti*, sine enim ejus operâ frustra alias fuisset compositor; cum ergo ipse tale delictum ad effectum perduxerit, meritò quoq; ejus pænæ subjacet *Harp. in tract. crim. n. 199. b. t.* vid. de hac re prolixius *Mench. lib. 2. de arb. jud. cas. 263. n. 38.*

36. Nec ideo minus famosus libellus dici potest, quod autor nomen suum

suum subscripsit atque expressit, ex claro atque perspicuo textu qui est in l. 5. §. 9. ff. b. t. ubi dicit *Ulpianus*, famosum libellum esse, etiamsi vel proprio vel alterius nomine, vel sine nomine eum quis ediderit. *Wesemb. in p. n. ult. b. t. & conf. 22. n. 5.*

37. Eodemque modo, licet illius nomen in cuius infamiam editus est, non sit subscriptus, vel in eo expressus, rectè famosus libellus appellari potest, l. 6. pr. ff. eod. dum modo ex circumstantiis & conjecturis colligi, in cuius infamiam compositus sit, possit, *arg. l. 15. §. 9. ff. eod.* Nec attendendum quod de alio fortè talis libellus agat, vel loquatur, sed id notandum observandumque, in quem potissimum intendat, atq; directus sit *arg. l. 77. §. 26. ff. de legat. 2.*

38. Nec quicquam interest, siue in genere, siue in specie injuria fiat, quamvis atrocior ea, quæ sit certè delicti specie expressâ. *Wesemb. in p. n. 8. b. t.*

39. Hoc loco movetur illæ vetus & quotidiana quaestio, an per contumeliam verbis scriptisve factam veritas manifestata, injuriam rem in crimine suo excuset? Iniquum condemnari miscellum, qui nocentem infamavit; nam ut *Paulus* inquit l. 18. pr. b. t. qui nocentè infamavit, non esse bonum æquum ob eam rem condemnari, quippe peccata nocentium nota esse, & oportere, & expedire: & sic Imperatores *Diocles. & Maxim.* rescripserunt: si non convicii consilio te aliquid injuriosum dixisse probare potes, fides veri, à calumnia te defendit. l. 5. c. b. t. In qua quaestione distinctionis cautela adhibenda est. Rectè *Suada illa Tulliana* in Paradoxis: Peccata non rerum eventu, sed vitiiis hominum metienda esse, nam pravus animus revelantis rem efficit iniquâ, crimenq; cõtrahitur, si voluntas nocendi intercedat l. 1. c. ad L. Corn. de sicar. Quare quotiens quis alterius infamiam sine causa deregit, (quod inhumanû & injuriosum) l. 2. c. quand. & quib. quarta pars, nec id scire, quod divulgat, cujusquam interest, siue id in rixa, vel extra eam accidat, ejus veritas nõ attenditur, siue ex culpa, siue nõ, tale proveniat convicium: nam in hac actione animus injuriandi considerari debet, cum sit de illius substantia l. 3. ff. b. t. *Gail. 2. obs. 99* Et sic quod veritas convicii, vel verbis, vel famoso libello patefacta, non excuset, judicatum meminit *Myns. cent. 4. obs. 4.*

40. His ita discretis considerare necesse est, quæ levis, quæq; gravissima injuria dicatur: ac primum quidem de gravissima dicam, quâ cognitâ quæ levis sit, non difficulter innotescet. Dicitur illa atrox, aestimaturq; vel ex facto, ut si quis vulneratus, vel fustibus cæsus fuerit §. 9. *Inst. b. t.* vel ex loco in quo fit injuria, puta si fiat in publico consessu, ecclesiâ, foro, aut præsentè

Principe: cujus rei elegans, apud summum illum Oratorem *Demosthenem*, in oratione contra *Midiam*, extat exemplum: ubi orator graviter conqueritur de colapho, sibi ludos facienti à *Mida* in ipsis ludis in pacto: Vel ex eo qui est in corpore, ut si quis in facie, vel oculo percussus fuerit, cum in toto homine honestior locus non sit, nec patientur ludam fama, fides, oculus, *Wesemb. in Inst. § 9. h. t.* Vel ex personâ ejus qui fecit injuriam, cum eam quæ à rustico civi sit atrocem appellamus: vel illius cui facta est, ut si fuerit Consul, Senaror; quæ injuriarum qualitates trito hoc continentur disticho.

His tribus ex causis injuria dicitur atrox:

Facti, persona, vel ratione loci.

Quod fusius *Quinct.* lib. 6. orat. instit. explicat inquit: Arocitas crescit ex his, quid factum sit, à quo, in quem, quò animo, quo tempore, quo loco, quo modo, quæ omnia infinitos anfractus habent. Nam & secundum honestatem vitæ, dignitatisq; gradum, crescit aut minuitur æstimatio injuriæ. §. 7. instit. h. t.

41. Æstimationes autem harum non ad tempus judicij, sed commissæ injuriæ referendæ sunt; in coercendis enim delictis vel criminibus, non lata sententiæ, aut litis contestatæ, sed delicti perpetrati tempus spectandum *L. 1. ff. de pen. l. 21. c. ad L. Corn. de fals. l. 29. pr. ff. de statu lib. l. 1. §. 3. ff. qui test. lib. esse jussus est.*

42. Atrox injuria ea quoq; est, si quis nomen in alterius monumento, tabulis, albo, libris, cyatis, scyphis, poculis, aut cantharis, sculptum scriptumve inveniens, scommate exceperit, corraferit, ignominiosa adpinnerit, suppinxerit, affixerit: litteris expressis, claris, perspicuis, apertis; vel etiam obscuris, lectu difficillimis, dubijs, mutilatis, quædam addiderit, adscripserit, vel etiam minimum *τύμω* seu lituram quâ injuriandi animum ostendat, fecerit, adiecerit, &c.

43. Pæna injuriarum non semper eadem fuit, nam *L. 12. tab.* propter membrum ruptum talio erat, cujus verba hæc: *si membrum rupit, ni cum eo pacit, talio esto.* *Agel. lib. 20. c. 1. Festus in voce talio*, id est pænâ reciproca. *l. 3. c. Theodos. de ex h. re. l. ni quos c. Theodos. de accus.* (quam etiam pænâ lex divina probat *Exod. 21. Levit. 22.* Et *Aristoteles* asserit, fuisse quandam Rhadamanti de talione legem) scilicet similitudo vindictæ, quâ taliter patiebatur quis, ut fecerat. De cujus legis iniquitate *Favorinus Philosophus* queritur apud *Agellium*, quam *Calvus* tamen defendit.

44. Fuit ibidem & alia lex, ut, *si os fregit . . . erū sunt*, hoc est, propter os fractum nummaria pœna erant constitutæ, quasi in magna veterum paupertate. §. 7. *inst. b. t.*

45. Sed hæ pœnæ omnes, hominum malitiâ divitiisque succrescentibus, in desuetudinem abierunt: fuit enim *Lucius Neratius* homo egregie & insigniter improbus (quales Neratij hodiè multi), immanique vecordiâ, pro delectamento habens, os hominis liberi palmâ verberare, hunc servus sequebatur crumentam plenam assium portitans, quem jubebat depalmato obvianti sibi, statim secundum 12. tab. legem asses . . . numerare quam legem Prætores postea obsolescere & relinquere censuerunt, *Agell. d. l. injuriis æstimandis datis recuperatoribus*, seu ut nunc loqui amamus, *judicibus delegatis*, quibus à Prætore *jurisdictio privatarum causarum* mandabatur: hi permittébant injuriam passis, eam æstimare, ut iudex vel tanti condemnare reum, quanti ipsi æstimaverint, vel minoris, prout illi visum §. 7. *Inst. b. t. i. c.* in quantum æquum fuerit *l. 17. ff. §. 2. Inst. eod.*

46. *Cornelius Sylla* etiam de injuriis legem tulit *l. 12. §. fin. ff. de accus. quâ* agitur ob realem injuriam, in tribus duntaxat casibus, quod se pulsatum, verberatumve, vel domum suam vi introitam esse quis dixerit. *d. §. 7. l. b. t.* quâ lege omnis injuria quæ manu fit continetur. *l. 5. §. apparet ff. eod.*

47. Et Scutum quoddam factum est, quod animadvertēbat in eos, qui epigrammata, aliudve quid, etiam sine scripturâ, in notam aliorum produxissent, vel emendandum, vendendumve curassent, præmio proposito ejusmodi diffamantes deferentibus *l. 5. §. pen. & ult. & l. seq. ff. eod.*

48. Fuit & alia vetus capitalis ex 12. tab. pœna, ut; *si quis carmen occentasisit, quod alteri flagitium faxit, capital esto*; in eum constituta, qui libellum famosum, carmen, historiam, aut edidisset aut produxisset *l. 5. §. 10 & l. seq. ff. eod. l. un. c. de fam. lib.*

49. Hinc etiam hodiè constitutiones Imperatorum illud delictum, capitali supplicio, puniri voluerunt, idē duriter ac graviter minantes iis, qui famosum libellum inventum non statim, ne ejus vis palam fieret, corrumpunt. *l. un. c. de fam. lib.* Sicut enim hæc injuria quæ scripto fit, cæteris longè gravior atrociorq; ferroq; (verba sunt *Damboud. in prax. rer. crim. c. 138. n. 2.*) nocentior, & aspide quavis formidolosior, idcirco meritò capitali pœnâ vindicatur. *Harp. tract. crim. n. 160. b. t.*

50. Maximè autem egregia *Constitutio* est Carol. V. Imperatoris *articul. 110. sub rub. Straffi* *Schrißlicher/vnrechlicher/peinlicher Schmähung* quæ, in hac materiâ ut notetur, dignissima.

51. Hodie eodem modo aut civiliter, aut criminaliter agitur §. 10. I. h. 2.
52. Civiliter, quando actor illatam sibi injuriam æstimat, scilicet ex percepto detrimento, & famæ jacturâ l. 7. §. 7. & 8. l. 9. l. 15. §. 43. 44. 28. l. 21. l. 37. 35 ff. eod. (salvâ tamen moderatione, ac taxatione judicis) eamque pœnam sibi applicari petit; ut cum libello, *malle serot vel tot Joachimicos perdere, quam ejusmodi injuriam sustinere*, inserit. Aut etiam ad reclamationem seu palinodiam agit auff einen Widerruff / vid. *Cam. ordinat. p. 2. tit. 26.* vnd sonderlich sehen *Mysf. ad §. 10. Inst. h. 2. & cent. 2. obs. 98. Gail. 1. obs. 67.* quas duas actiones in uno libello potest conjungere, atque cumulare *Gail. dict. obs. n. 5. Mysf. d. obs. 89. n. 10.*

53. Criminaliter verò, quando petit, reum puniri in vigorem publicæ disciplinæ l. 9. §. 5. de publ. & vect. comm. l. 7. §. 1. l. 15. §. 4. ff. h. 2. & aliorum exemplum, pœnâ fisco applicandâ, vel etiam corpori infligendâ l. 45. ff. h. 2. quæ, sicut & illa, pro qualitate delicti & personarum, aliarumque circumstantiarum ratione diligenter observatâ, à judice, ne quid durius, aut remissius constituatur, æstimanda est: & pro delicti atrocitate, & circumstantiis aggravantibus, ad mortem naturalem, & ultimum supplicium extendi potest. l. 9. ff. de extraord. crim. l. 7. §. hodie ff. ad L. Jul. pecul. l. 13. c. de hi qui latron. vel al. l. 11. l. 16. ff. de penis l. 22. c. eod. vid. Penlich Halsgerichts Ordnung Carol. V. art. 112. 113. & Harp. in suo tract. crim. n. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. latissimè de hoc disputantem.

54. Non reticendum hoc loco, ex generali fermè omnium locorum cõsuetudine, libellorum famosorum compositoribus aut revelatoribus, consideratis omnibus accuratè circumstantiis, arbitrariam imponi pœnam, quod noviss. *Recess. Imperij* disertè probant scil. *de Anno 1530. Zu Augspurg* / ibi vnd nach dem durch die vnordentliche etc. *Anno 1548. tit. von Schmahschreiffen* / etc. §. Ferner sehen / ordnen / vnd wollen wir. *Item Recess. Spiera de Anno 1570. §. Zum andern / soll auch* etc. *Item Poltey Ordnung zu Francffurh de Anno 1577. tit. 35. Von Buchdruckern* etc. §. wann wir nun etc. *ibi auch einer schweren Peen / nach Ermâssigung ihrer ordentlichen Obrigkeit.*

55. Harum autem actionum unâ intentatâ, non datur regressus ad alteram, quia utraq; ad vindictam tendit. Ideoq; alterâ intentatâ, alteram tolli necesse est l. 1. c. quand. civil. act. crim. præjud. Secus si utraq; tenderet ad diversa, una ad rei persecutionem, altera ad vindictam, quia tunc una per aliam nõ tolleretur *Gail. 1. obs. 65. n. 2. Mysf. cent. 2. obs. 3. Wesenb. in. n. 14. h. 2.*

56. Con-

56. *Conventus; & condemnatus injuriarum, infamiâ notatur: Actio n. injuriarum, sive civiliter, sive criminaliter intentata, sive levis, sive atrox injuriæ fuerit, infamiam & ignominiam condemnato irrogat l. 1. l. 4 §. 5. l. 6. §. 4 ff. de his qui not. inf. l. 10. l. 18 e. eod. l. 7. ff. de publ. jud. Gail. 2. obs. 107. n. 6. Excipe tamen I. rerum infamiâ non notari, si ipse personaliter non compareat, sed per procuratorem agat, quo casu in hunc, tanquam litis dominum, sententiâ fertur, & tunc neq; procurator, neq; principalis, infamiâ notabuntur. II. Si super injuriâ autoritate judicis transactum fuerit; secus si nullâ interpositâ superioris autoritate, spontè super eâ quis transigat. Nam tunc transigens infamiâ notatur, quia reus crimen confiteri videtur, & confessus pro judicato est, cum quodammodo suâ sententiâ damnetur l. 1. ff. de confess. l. 6. d. t. l. 56. ff. de re jud. III. Si reus ante conclusionem in causa, vel etiam si conclusum sit, ante condemnationem, æstimationem injuriæ offerat l. 73. ff. de procur. Gail. 2. obs. 103. IV. Si modica fuerit injuria, quoniam de modico non curat prætor l. 4. ff. de rest. in integ. nec actio de dolo datur pro modico l. 3. §. fin. ff. de dol. Gail. 2. obs. 102.*

57. Atque his casibus reus juris infamiam effugere potest, at infamiam facti omnino effugere nequit, quia nihilominus eius opinio, apud graves & honestos gravatur l. 2. ff. de obs. par. & par. præst. Gail. 2. obs. 102. n. 7. & seq.

58. Tollitur hæc actio injuriarum dissimulatione, tempore, pacto, & morte. Dissimulatione, ut si quis injuriam dereliquerit, nec passus ad animum suum revocaverit, sed contemplerit illamque vanis ventis commiserit v. c. malè dicis, quia benè dicere nescis: vel etiam si significaverit, sibi non displicere quod dictum vel factum, idque subsecutâ salutatione, amico colloquio, computatione, &c. probaverit.

59. Tempore verò, puta unius anni spacio, quo elapso, hæc actio quoq; expirat l. 17. §. 6. ff. l. 15. c. eod. Quod etiam post lapsum anni injuriatus possit implorare judicis officium, tenent Faber. super instit. §. 8. h. t. & super. rub. inst. eod. Angel. Aretin. §. 3. super instit. h. t.

60. Quæritur hoc loco, an etiam ea injuria anno tollatur, quæ scriptis vel pictis fieri solet? quod negandum arbitror. Scriptura namque est perpetua, semper manet, semper loquitur. Quod etiam in Camerâ, in decernendis processibus observari affirmat. Gail. 2. obs. 104.

61. Pacto injuria ipso jure tollitur l. 17. §. 1. de ff. pactis. Et si nudâ voluntate injuriam quis remisit, indubitatè dicendum est, extinguî injuriarum actionem non minus, quam si tempore abolita l. 17. §. 6. ff. h. t. fuerit.

62. Actio-


62. Actiones autem injuriarum semel remissæ, vel pacto, vel dissimulatione, non possunt pœnitentiâ revocari, §. *fin. Inst. b. t.*

63. Morte hæc actio tollitur, quâ illius qui eam intulit, quâ ejus qui ipsam passus: mors enim omnia solvit *Novel. 22. c. 20. in pr. ibiq; Gothof. in suis notis*: Unde etiam illam neq; in heredes dari, neq; heredibus competere, rectè assertitur *l. 13. l. 15. §. injuriarum ff. b. t. l. 10. §. qui injuriarum ff. si quis caut. in jud.* Nam certissima juris regula est, ex maleficiis pœnales actiones, in heredem rei non competere §. *1. inst. de perpet. & temp. l. 111. §. in heredem ff. de R. J.* Hujusmodi vero ad heredes transeunt actiones, à quibus tamen hæc, quæ injuriarum est, specialiter excipitur, & aliæ similes, quippe nõ pecuniam, quæ ad heredes transmitti posset, sed vindictam potius persequentes §. *1. inst. de perp. & temp. act. ad quem locû vid. Schn. n. 1. l. 2. §. emancipatus ff. de collat. bon. l. 7. §. 1. ff. b. t.* Hereditas enim quæ mortis tempore spectatur, nihil aliud est, quam successio in universum jus, quod defunctus habuit. *l. 24. ff. de v. s. l. 62. ff. de R. J.* Cum igitur hæc injuriarum actio, ante litis contestationem in bonis nostris non computetur *l. 28. ff. b. t. ad heredes transire non potest, nam vindicta una cum moriente extinguitur, arg. l. ult. c. de revoc. donat. nemoque plus juris ad aliûm transferre potest, quam ipse habet. l. 20. de acq. rev. dom. l. 54. ff. de R. J.*

64. Sed cum omnes actiones ex contractu, vel quasi contractu pullulantes ad heredes & in heredes transeant *l. 2. l. 49. ff. de obl. & act. l. 152. ff. de R. J.* Et cum litis contestatione, per quam in bonis nostris esse incipit, contraxisse intelligamur, non ex maleficio, sed ex quodam contractu, orta dicitur, *l. 29. ff. de novat. perpetuaturq; & instantia litis in ejus heredes, sive successores transfertur l. 13. pr. ff. b. t.* Nam omnes actiones, quæ morte aut tempore pereunt, semel inclusæ judicio, salvæ permanent
§. *1. instit. de perpet. & temp. act. l. 139.*

l. 164 ff. de R. J.

SS. TRINITATI SIT LAUS, HONOR, ET GLORIA.





44. Fuit ibidem & alia lex, ut, *si os fregit* . . . ar
pter os fractum nummarie pænæ erant constitutæ, q
paupertate. §. 7. *instit. b. t.*

45. Sed hæ pænæ omnes, hominum malitiâ diviti
in defuetudinem abierunt: fuit enim *Lucius Neratius*
signiter improbus (quales Neratij hodiè multi) immo
delectamento habens, os hominis liberi palmâ verbe
quebatur crumenam plenam assium portitans, qu
obvianti sibi, statim secundum 12. tab. legem asses
gem Prætores postea obsolescere & relinqui consue
æstimandis datis recuperatoribus, seu ut nunc loqui a
legatis, quibus à Prætore jurisdictio privatarum cau
permittebant injuriam passis, eam æstimare, ut judex
reum, quanti ipsi æstimaverint, vel minoris, prout illi
in quantum æquum fuerit *l. 17. ff. §. 2. Instit. eod.*

46. Cornelius Sylla etiam de injuriis legem tulit
quâ agitur ob realem injuriam, in tribus duntaxat casu
verberatumve, vel domum suam vi introitam esse qu
quâ lege omnis injuria quæ manu fit continetur. *l. 5. §.*

47. Et SCtum quoddam factum est, quod animad
grammata, aliudve quid, etiam sine scripturâ, in no
sent, vel emendum, vendendumve curassent, præmi
diffamantes deferentibus *l. 5. §. pen. C. ult. C. l. seq. ff.*

48. Fuit & alia vetus capitalis ex 12. tab. pœna
centasit, quod alteri flagitium faxit, capitale esto; in
bellum famosum, carmen, historiam, aut edi
l. 5. §. 10 C. l. seq. ff. eod. l. un. c. de fam. lib.

49. Hinc etiam hodiè constitutiones Imperatoru
tali supplicio, puniri voluerunt, idè duriter ac graviter
sum libellum inventum non statim, ne ejus vis palam
l. un. c. de fam. lib. Sicut enim hæc injuria quæ scripto
vior atrociorq; ferroq; (verba sunt *Damboud in prax*
nocentior, & aspide quavis formidolosior, idcirco me
dicatur. *Harp. tract. crim. n. 160. b. t.*

50. Maxime autem egregia *Constitutio* est Carol
ricul. no. sub rub. Straffi *schriftlicher/vnrechtlicher/p*
quæ, in hac materiâ ut notetur, dignissima.

